



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1863

De SS. Martyribus Syracusanis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72708)

DE

SS. MARTYRIBUS SYRACUSANIS.

CIRCA
AN. LXVII.
I JAN.
Martyres Sy-
racusis sub
Nerone.

Octavius Cajetanus noster in *Idea operis de Sanctis* persecutione Neronis, impio ejus edicto in Siciliam Ex mss.
Siciliae: Syracusis, primitiae Sanctorum Martyrum, perlato. *Citat tabulas Ecclesiae Syracusanæ.*

VITA

S. CONCORDII

PRESBYTERI, MARTYRIS.

CIRCA AN.
CHR. CLXXV.
I JAN.

S. Concordii
memoria in
Martyrolo-
giis.

Corpus ejus
Bisolduni in
Hispania.

Translatio
ejus 4 Julii.

Vita ejus unde
descripta.

Exat hujus sancti Martyris memoria in omnibus *Latinorum Martyrologiis, Romano, Bedæ, Usuardi, Adonis, Hrabani, Nothkeri, Bellini, Maurolyci, Galesinii, et aliorum. Corpus ejus in Monasterio S. Petri Bisolduni in diocesi Gerundensi asservari dicitur: agitur isthic ejus celebritas 11 Januar. ut testatur Antonius Vincentius Domenecus in historia Sanctorum Catalauniæ, et Philippus Ferrarius in generali catalogo Sanctorum ad 11 Januar. Celebratur vero Translationis ejus festum 14 Julii. De S. Concordii reliquiis (hujusne, an, quod potius reor, alterius) agitur inferius cum de inventione S. Martine.*

Vitam S. Concordii referunt Joninus Mombritius, Vincentius Bellovacensis lib. 10, cap. 108. Agones Martyrum excusi, Surius, sed phrasi paululum mutata. Usus sum præcipue mss. codicibus antiquis Imperialis Monasterii S. Maximini Treviris, et S. Mariæ de Ripatorio. Ejus mentio fit in vita S. Pontiani, xix Januarii et S. Constantii Episcopi Perusini, xxix Januarii. De eodem agit Petrus de Natalibus lib. 2, cap. 30. Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiae.

Thusciae, qui tunc habitabat in civitate Spoletana; misit, et accersivit ad se sanctum Concordium, aitque illi: Quis vocaris? At ille respondit: Christianus sum. Dicit ei Comes: De nomine tuo requiro, non de Christo tuo. Sanctus Concordius respondit: Jam tibi dixi; Christianus sum, et Christum confiteor.

4 Ait Comes: Sacrifica diis immortalibus, et esto noster amicus: et ego te ut patrem habebo, suggeramque Domino meo Antonino Imperatori, ut faciat te sacerdotem deorum. Sanctus Concordius respondit: Utinam tu efficiaris particeps deorum tuorum. Dicit ei Comes: Audi me, et sacrificia diis immortalibus. S. Concordius respondit: Magis tu audi me, et sacrificia Domino Jesu Christo, ut possis evadere tormenta. Nam si non feceris, tu et dii tui in igne perpetuo penam habebitis. Tunc Comes jussit eum fustibus mactari, et in custodiam publicam recludi.

5 Tunc venit nocte ad eum Beatus Eutyches, cum S. Anthymo Episcopo; et quia Anthymus amicus erat Comitum, rogavit Torquatam Comitem, ut eum sibi concederet paucis diebus. Et permisit eum Beato Anthymo, et habitaverunt simul multis diebus. Tempore autem opportuno consecravit eum Presbyterum, et cœperunt orationibus vacare.

6 Post aliquantum vero temporis misit Comes, et tulit eum; et dicit ei: Quid tractasti circa salutem tuam? S. Concordius respondit: Salus mea Christus est, cui quotidie sacrifico sacrificium laudis. Nam tu, et dii tui in inferno ardebitis. Tunc jussit eum suspendi in euleum. Ille autem vultu alacri dicebat: Gloria tibi Domine Jesu Christe. Dicit ei Comes: Sacrifica Jovi magno. Beatus Concordius respondit: Ego non sacrifico lapidi surdo et muto; quia habeo Dominum meum Jesum Christum, cui servit anima mea.

7 Tunc iratus Comes fecit eum in ima carceris includi, colloque ejus et manibus ferrum injici: et jussit ut nullus ad eum ingrederetur, volens eum fame perire. Ibi Beatus Concordius cepit gratias agere omnipotenti Deo, et dicere: *Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Ecce autem nocte media Angelus Domini ei apparuit, dicens: Noli timere, sed viriliter age, quia ego tecum sum.

8 Post tres autem dies jussit ad eum Comes media nocte ambulare duos satellites suos, dicens: Aut sacrificet, aut capite puniatur. Et venientes satellites ad eum cum statuulo Jovis, dixerunt: Audisti quæ jussit Comes? Sanctus Martyr respondit: Vos scitis. Illi dixerunt: Vel sacrificia Jovi, aut capitalem sententiam excipies. Tunc Beatus Concordius gratias agens dixit: Gloria tibi Domine Jesu Christe. Et expulit in faciem Jovis. Tum unus satellitum evaginato gladio, amputavit ei caput: atque ita in confessione Domini emisit spiritum.

9 Tunc venientes duo Clerici et quidam religiosi

Citatur ad
Torquatam
Præsidentem.

Interrogatus
de nomine, re-
spondet se
Christianum
esse.

* al. arde-
bitis.

Cœditur fu-
stibus.

Visitatur a
SS. Eutyche et
Anthymo.

Permittitur
ire cum S.
Anthymo.

Consecratur
Sacerdos.

Revocatur ad
carcerem:

Suspenditur
in euleo.

Includitur
carceri, fame
enecandus.

Luc. 2.

Apparet ei
Angelus.

Mittuntur ad
eum carnifices
media nocte.

Expulit in sta-
tuam Jovis.

Plectitur
capite.

Sepelitur jux-
ta Spoletum.

VITA.

Persecutio
M. Aurelii.

S. Concordii
pater, institu-
tio.

* al. Concor-
dianus.

S. Concordius
fit Subdiaco-
nus.

Adit S. Euty-
chen et cum
eo habitat.

* al. Tribulae.

Multos cum eo
sanat.

Temporibus Antonini Imperatoris gravissima persecutio orta est in urbe Roma; ita ut nec emendi, nec vendendi cuiquam licentia facile tribueretur, nisi qui diis immolasset. Tunc erat in civitate Roma vir quidam, Concordius nomine, nobili familia ortus, cujus pater Gordianus dicebatur, sanctissima conversatione Presbyter de titulo Pastoris. Hic itaque habens filium Concordium, quem erudit omni sanctæ Scripturæ doctrina, fecit eum fieri Subdiacorum a sancto Pio Episcopo urbis Romæ. Hic itaque B. Concordius, cum patre suo, ad nihil vacabant aliud, nisi jejuniis et orationibus diu noctuque, et elemosynis pauperum insistentes; petebantque a Domino ut rabiem persecutorum possent evadere.

2 Tunc B. Concordius dixit patri suo: Domine mi, si vis, dimitte me, ut vadam ad sanctum Eutychem, et habitem cum eo paucis diebus, donec cesset rabies inimici Antonini Imperatoris. Dicit ei pater suus: Fili, magis hic habitemus, ut possimus coronari. Ait illi Beatus Concordius: Vadam si jubes; quia ibi coronabor, ubi me Christus jusserit coronari. Tunc dimisit eum pater suus: et abiit ad sanctum Eutychem; qui tum morabatur in prædiolo suo, via Salaria, juxta civitatem Tribulum. Quem Beatus Eutyches cum magno gaudio suscipiens, cepit Deo gratias agere. Et habitaverunt simul in eodem loco, orationibus et jejuniis insistentes. Et multi variis languoribus vexati veniebant ad eos: et illi orantes, in nomine Jesu Christi sanabant eos.

3 Tunc audiens famam eorum Torquatus Comes